

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 6.

Rhyslum-Meum.-Die Veneris 9. Feb. 1810. (Neov. 19 Jan. 1810.)

Bonum est consilium, ut servias tempori,

Tempora tempore tempera.

Jacta te, superba! habes multum; cur te eferas. Sic allocuta est condam ad sepe, voluptuarium quemdam hortum ambientes; sita *Lychnis diolœa* ibidem in florum areola florentem *Anemonem hortensem*.

„Tu instrumentum es, inquit, in manibus mancipii, qui tui curam gerit; & ut primum horti, qui te captivam tenet, Despotæ volupe est, decerperis, ut in libidinoso *Domine ipsius* sinu flaccescas. Ego contra libertatis sum filia. Hic in paterno meo lecto, ubi nata sum, etiam emoriar, & eandem ad posteritatem, quæ semen meum ibi transplantatura est, transmittam.

Sile; stolidi! — acelamat quædam *Dryadum*, quæ in *Anemone* morabatur. Vide, uter felicior sit. Si me olim decerpi contigerit, superbiam in sero *Floræ*, cum tu bovis cujusdam frontem ornabis. — Disce inservire tempori; fors fiet ut transposita in meam areolam, easdem meorum partes ludas.

Apologus iste ad eam me cogitationem tulit, mundum aliquando similiter fuisse mutatum, profecto ita, nec secus se res habet.

Mundus iste semper est omnium possibilem optimus. Tempora magnas produxerunt mutationes, quibus nos conformare oportet.

Aliquot ante annis quis cogitasset Angliam, quantum ad religiosas opiniones attinet, se hodierni ævi tolerantiaecommodaturam. Id quod reipsa contigit; prout ex sequenti relatione luculentum evadit.

Londino 5. Jan. Universitas Oxoniensis, altiorum scholarum in Anglia prima, Cancellarium sibi elegit Dnum. Grenville. Hæc electio Universitati Oxoniensi luculento est documento de liberali, tolerantique sensu respectu religiosarum opinionum. Notum enim est Dnum. Grenville cum fati functo celebri ministro Pitt causæ Catholicorum Hyberniæ favisse, in eoque adlaborasse, ut ad plenam æqualitatem omnium jurium cum aliis Britannici imperii subditis evchantur.

Occasione electionis hujus factio Oppositionalis magnos motus agebat, quo tolerantem Lordium excluderet. Clamatum undique: „Procul cum papismo! secus actum est de Universitate, actum de instructione, quam obtinebit.” Sed Electores non siverunt se a proposito removeri, jamque prævidere est majoritatem eorum in admissionem Catholicorum ad publica munia inclinare, ad idque viam sternere velle.

Et reapse Catholicorum Hiberniæ Deputatio in porrigendo Parlamento pro abrogatione legum, quibus concivilitatis jure privantur, libello actutum occupatur.

Montmorency.

Familia Montmorency summa pollebat in Gallis auctoritate, primorumque Comitum & Baronum in Gallia titulum gerebat. Primordia hujus tituli quidam a sancta Lisbia, quæ ex hac familia originem traxit, derivata volunt.

Sed anno jam 955 Burchardi I. maxima fuit in aula auctoritas. (In posterum plures habituri sumus de hac familia differendi rationes.)

Diarium quotidianorum novorum.

Res est admiratione digna, quanto opere numerus Catholicorum in Statibus confœderatis Americæ augeatur. Rescens ex americanis fontibus concinnatus est præsens Religio Catholice in America Septentrionali Status, videturque Ecclesia hæc quanto hic in Europa diversarum circumstantiarum concursu magis periclitatur, tanto ibi lætius in dies capere incrementum.

Ex longo tempore exiguo fuere Catholicæ, Anglicanæ Ecclesiæ affectis & Presbyterianis mixti, numero. Primum sub regimine Ceroli I Lordio Baltimore successit in Maryland auxilio cujusdam Jesuitæ, nomine le Blanc, primam notabilem condere Catholicorum communitatem.

Ab hac epocha usque stabilitam Confœderatorum Statuum independentiam experti quidem Catholici persæpe fuerunt tristes religionis odii effectus, postea nihilominus, uti ceterarum religionum affectu, ita ipsi quo-

Mundus iste semper est omnium possibilium optimus. Tempora magnas produxerunt mutationes, quibus nos conformare oportet.

Aliquot ante annis quis cogitasset Angliam, quantum ad religiosas opiniones attinet, se hodierni ævi tolerantiaecommodatum. Id quod reipsa contigit; prout exsequenti relatione luculentum evadit.

Londino 5. Jan. Universitas Oxoniensis, altiorum scholarum in Anglia prima, Cancellarium sibi elegit *Dnum. Grenville.* Hæc electio Universitati Oxoniensi luculento est documento de liberali, tolerantique sensu respectu religiosarum opinionum. Notum enim est *Dnum. Grenville* cum fati functo celebri ministro *Pitt* causæ Catholicorum Hybernicae favisse, in eoque adlaborasse, ut ad plenam æqualitatem omnium jurium cum aliis Britannici imperii subditis evchantur.

Occasione electionis hujus factio Oppositionalis magnos motus agebat, quo tolerantem Lordium excluderet. Clamatum undique: „Procul cum papismo! secus actum est de Universitate, actum de instructione, quam obtinebit.” Sed Electores non siverunt se a proposito removeri, jamque prævidere est majoritatem eorum in admissionem Catholicorum ad publica munia inclinare, ad idque viam sternere velle.

Et reapse Catholicorum Hibernicae Deputatio in porrigendo Parlamento pro abrogatione legum, quibus concivilitatis jure privantur, libello actutum occupatur.

Montmorency.

Familia Montmorency summa pollebat in Gallis auctoritate, primorumque Comitum & Baronum in Gallia titulum gerebat. Primordia hujus tituli quidam a sancta Lisbia, quæ ex hac familia originem traxit, derivata volunt.

Sed anno jam 955 Burchardi I. maxima fuit in aula auctoritas. (In posterum plures habituri sumus de hac familia differendi rationes.)

Diarium quotidianorum novorum.

Res est admiratione digna, quanto opere numerus Catholicorum in Statibus confederatis Americæ augeatur. Hæcens ex americanis fontibus concinnatus est præsens Religionis Catholicæ in America Septentrionali Status, videturque Ecclesia hæc quanto hic in Europa diversarum circumstantiarum concursu magis periclitatur, tanto ibi lætius in dies capere incrementum.

Ex longo tempore exiguo fuere Catholicæ, Anglicanæ Ecclesiæ affectis & Presbyterianis mixti, numero. Primum sub regimine Ceroli I Lordis Baltimore successit in Maryland auxilio cujusdam Jesuitæ, nomine le Blanc, primam notabilem condere Catholicorum communitatem.

Ab hac epocha usque stabilitam Confederationum Statuum independentiam experti quidem Catholici persæpe fuerunt tristes religionis odii effectus, postea nihilominus, uti ceterarum religionum affectu, ita ipsi quo-

que absque ullo discrimine cunctis civitatis juribus plena mensura fruebantur. Americana itaque revolutio Catholicis usque favorabilis erat. — Eousque semper nativus quispiam Anglus apud ipsos Vicarii munere fungebatur, accrescens in dies fidelium numerus excitavit in animis eorum Episcopum habendi desiderium. Pius V. Pontifex petito eorum, quem Congressus quoque adjutum ibat, lubens subscripsit, expeditaque Bulla Conventum omnium Catholicorum sacerdotum in Confoederatis Statibus in diem 12. Julii 1789 pro electione Episcopi indixit. Res memorabilis! in illud ipsum tempus, quo Revolutionis flamma in Gallia erupit. — O Providentiam! —

Doctor Carro ex Vicario in episcopalem dignitatem evehitur, residentiamque in Baltimore figit. — Complures Sacerdotes Gallici; revolutionis injuria ex Gallia exturbati, in Americamque profugi cum consensu Episcopi Seminarium in Baltimore fundant. Nagot, antea Parisiis Ecclesiae S. Sulpicii Presbyter Superior Seminarii nominatur. Subinde D. Leonardus Reale abolitae Societatis Jesu Presbyter, annuente Pontifice, Episcopo Coadjutor constituitur; jamque eo tempore Civitas Baltimore inter 30000 incolarum 14000 Catholicorum censebat. Adest ibi una Ecclesia Cathedralis, & anno proximo praeter lapso 1806 sex Ecclesiae, eo non computatis Seminarii & B. V. Mariae Sacellis, extructae fuere.

Ceteræ Catholicæ communitates aut missionarii non sunt in Marylandia tam frequentes. Quibusdam earum Gallici Parochi præsent; is, qui in castro Cumberland degit, Smith appellatur, sed genuinum ejus nomen est Gallizin. Multi opinantur ipsum filium esse celeberrimi illius Principis Gallizin Ministri Status, qui maximis a Catharina II. Russorum Imperatrice in gratiis habebatur. Pensionem quoque a familia sua recipit.

Memoratu dignum est in confœderata Civitate Washington Catholicos multo numerosiores esse quam alterius cujuscunque demum religionis affectas. — Narratur nunc tanquam res gratissimæ recordationis: Dnum. Washington Patre D. . . Jesuita intimo amico fuisse usum, amoremque ac venerationem ejus in huncce virum ad ultimam usque horam perseveravisse, unde quibusdam multa eaque singularia super religiosa opinione magni hujus viri consecraria deducere placet.

Præcipue vero Provincia Luisiana, nunc etiam ad numerum Statuum Americanorum pertinens, tota fere catholicæ Ecclesiæ adhæret. Evidta res est a catholicis Missionariis inter feros populos amplissimos progressus fieri. In regionibus, quæ Canadæ adjacent, diversas habent Jesuitæ firmas sedes. — Hurones nunc adhuc ab ipsis ad civilem vitam traducuntur, suntque, sicuti illa in Paraguaya fuit. — Colonia Jesuitarum.

Berolino 9. Jan. Ipso Regiæ familiæ adventus die decessit hic senexio quidam, nomine

Eckhardt privatus Doctor, qui sincero in Regem patriamque amore incitatus plura edidit patriotica scripta, & horam, quæ carissimos hospites urbi nostræ redderet, summa aviditate præstolabatur. — Jam aliquot horis eum morte luctabatur, dum adhuc edstantes oraret: ut, cum sibi concessum haud esset venerandas illas personas amplius intueri, indicarent ad minus momentum, quo per pontem regium, in cujus vicinia debebat, præterveherentur. — E gravi certamine languens interdum quærebat: non adsunt adhuc? Et cum tandem subsecuto adventu diceretur: vidimus ipsos! — verbis his: Deo sint laudes! tremula voce prolatis, expiravit. — Utinam iste ab omni privati commodi studio purus, morteque confirmatus amor exemplo deserviat, quo affectu in Regem & patriam ferri oporteat!

Remanent adhuc ex Contributione 24 milliones Tallerorum duorum annorum intervallo numerandi. — Interim certum est Finantiæ ministrum Borussiae gravissimo quodam objecto, debita status publici concernente, singulari activitate occupari. Fertur nova chartacea pecunia sub nomine Schedarum Domaniarium in circulationem esse ponenda.

L o n d i n o.

Ex Insula Jamaica perlatum est, Mercatores, & Incolas hujus Insulæ Gubernatori, Duci Mancuniensi (Manchester) supplicem bellum porrexisse, quo petant, ut Angliis,

& neutri parti adhærentibus navibus venia detur, ex confederatis Statibus, & Hispanicis Colonis alimenta invchendi. Dux rejectit hoc petatum, effædumque tractatum Angliam inter, & Americam eos expectare jussit.

In Cavens Lloyds diebus his pacta inita sunt, futurum, ut Anglicæ Copiæ universæ adhuc ante finem Julii 1810 Portugallia, & Hispania benevole, aut coacti excedant. Providi optant, ut hoc quamprimum fiat, quia secus 30,000 Anglorum sine. Au Gallos præpotentiæ victima erunt. Generalis Junta cum provincialibus in perpetua est dissensione. Insurgentibus quidem animus pugnandi non deest, desunt tamen iis boni Duces, & rectus Ordo, disciplina, & denique prudens mediocrum electio. In eadem hac Cavens pactis inita sunt, Anglos cum Gallis anno hoc 1810 pacem inituros. Obices quidem ad hanc insuperabiles videntur; verum perpetuum bellum non minus monstrum est, & res impossibilis, imo sermones quidam Ministri V llesley spem nobis faciunt periculi ad restituendam pacem instituendi. Cum Curis convenient, plura in causa hac cognoacemus.

Londino 5. Jan. Gubernium 10,000 viros Ulyssiponem mittit, quibus Generalis Wellesley, si fortasse Hispani succumberent, Portugalliam a vi Gallorum securam reddat. — Ex Hollandia multæ ad nos adpellunt naves, quarum Domini metuunt, ne, cum merces

in Angliam destinatae fuerint, fisco addi-
centur.

Neapoli 6. Jan. Hodie vendi incipiunt
merces, in Americanis navibus occupatae.
Sunt in his 8200 vasa Sachari ex Batavia
3000 Sacci Cacao Carracas, 5000 Cent.
Coffeae diversae sortis, 4000 Cent. piperis;
tum etiam quantitas Corticis Peruviani, &
Zingiberis.

Venetiis 12. Jan. Anni hujus Bachanales
dies laeti praevidentur futuri. In mensis Iuso-
riis mal. adaluratæ pecuniae conspicitur;
adeo, ut Politia vigilantiam suam eo con-
vertere debuerit, praemiumque defigere cete-
dosi falsatorum. Ex quo tempore Anglicae
naves versus Insulam Coreyam recesserunt,
mercatus noster floret.

Stuttgarda 24. Jan. Sua Majestas, exem-
plo aliarum vicinarum Nationum ducta, Bo-
na Melitensium Ordinis in Regno Vürtem-
bergæ occupat, & ex his Regium militarem
Meritorum Ordinem dotat. Fundus iste ita
in usum convertetur, ut in futurum duo ma-
gnæ Crucis cum annuo 2000 fl. 12 Commen-
datores cum 1000 fl. et 52 Equites cum 300
fl. stipendia habituri sint. Hæc tamen sti-
pendia non alii obtinebunt, quam qui in actuali
servitio Regio fuerint.